



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

Dominica. 4. Adventus. Prædicatio Joannis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)



SUPPLEMENTUM  
MEDITATIONUM  
LVD. DE PONTE  
E SOCIETATE JESU,

*In Dominicis, Festa, &c. Ex JOANNE  
BUSÆO, JOANNE SVFFREN,  
JVLIANO HAYNEVEVE, &c.  
ex eadem Societate.*

DOMINICA IV. ADVENTUS

*Predicatio Ioannis. Luc. 3. Matth. 3.*

*Marc. 1.*

PUNCTUM PRIMUM.

1. **P***Arate vias Domini, rectas facite semitas  
ejus. Confid. 1. Omnes hîc moneri à S. Jo-  
anne ad præparanda corda pro Christo dignè  
excipiendo. Nam vita nostra est via, per quam  
ipse ad nos venit, & nos ad illum: ac sicut  
pro solenni ingressu Regis, aut Principis, viæ  
sternuntur, & æquantur, sublatis obstaculis: ita  
& vitam seu corda nostra præparanda esse, sub-  
latis obstaculis peccatorum, & inductis or-  
namentis virtutum, ad Christum Regem no-  
strum*

Via D.  
mino  
præpa-  
randa.

strum digne, & cum fructu animæ nostræ ex-  
cipiendum. 2. *Semitas* ejus intelligi etiam posse  
vias perfectionum quæ ipsum ducem deinde  
habuerunt in consiliis evangelicis, metam, &  
præmiatorem, constantque observantia trium  
votorum, exercitio humilitatis, mortificatio-  
nis, asperitatum, & omnium virtutum, ac pro-  
inde declinandam viam mundi latam, sordi-  
dam, & obliquam, *impii in circuitu ambu-  
lant*: sectandam verò viam arctam, mundam  
& rectam, qua nobis prævit. *Via ejus, via  
pulchra, & omnes semite illius pacificæ.*

2.  
Semitæ  
Domini  
seu per-  
fectio.

Ps. 11. 9.  
Pro. 3.  
17.

PUNCTUM II.

**O**mnis vallis implebitur, & omnis mons &  
collis humiliabitur. Confid. viam pro Re-  
ge Messia hîc à S. Joanne accuratius præscribi.  
1. Nempe per pœnitentiam velur generale in-  
strumentum, omnis vallis acedia & pusillani-  
mitatis impleatur solido fervore & fiducia in  
Deum, *Omnia possum in eo qui me confortat.* 2.  
Et montes superbiæ, & colles inanis gloriæ de-  
primantur per humilem sui cognitionem ac  
diffidentiam. Nam *Deus superbis resistit, hu-  
milibus autem dat gratiam.* 3. *Et erunt prava  
indirecta.* Monet nos pravas intentiones in a-  
ctionibus ad honores, & corporis commoda  
corrige, atque in iis spectare unam Dei glo-  
riam, ac salutem æternam nostram & proxi-  
morum. *Afferte Domino gloriam & honorem.* psal. 28.  
4. *Et aspera in vias planas:* Ut asperitatem &

Effectus  
prepara-  
tionis.

1.  
Phil. 4.  
13.  
2.  
1ac. 4. 6.  
3.  
psal. 28.  
2.

Ff 4

iracun- 4.

2.  
Homi  
rbori  
ompa-  
atus.

1.  
ona o-  
ra ne-  
flaxia.  
2.  
orde  
ro.  
es 4.

1. Pet.  
2. 1.  
Fructus  
excipien-  
tium  
Christū.

iracundiam in conversatione cum proximo  
commutemus in modestiam & mansuetudi-  
nem: *Deponentes omnem malitiam, & omnem  
dolum &c.* Considera. 2. Significari hīc e-  
tiam fructum piē excipientium Christum, nem-  
pe humiles instar vallis ab eo implendos donis  
cælestibus, & exaltandos, depressis superbis:  
& quæ prius molesta & horrida nobis videban-  
tur, postea per gratiam ejus facilia & plana  
reddenda.

## PUNCTUM III.

Christus  
viden-  
dus.  
1.  
In carne.

L. e. 10.  
23.  
2.  
In S. Eu-  
charistia

**E**T videbit omnis caro salutare Dei. Con-  
sid. I. In gens solatium hīc omnibus promif-  
sum, ac proximè impletum; visuros nempe  
eos, clarè oculis corporeis mundi Salvatorem  
à Deo missum, tot sæculis expetitur, carnem  
nunc nostram indutum, & inter homines habi-  
tantem; imo & cujus benignam opem mille-  
ni essent experturi, quem deinde Joannes pa-  
lam digito demonstravit, Pater cælestis è nu-  
bibus proclamavit, ipse verò Christus mira-  
culis stupendis se illum esse confirmavit. *Beati  
oculi qui vident quæ vos videtis.* 2. Eundem &  
nos habere nunc præsentem in venerabili Eu-  
charistia, promptum in omni necessitate per-  
fugium, ideoque cum omni reverentia,  
fide, ardore, & fiduciâ ad eum re-  
currendum.

\* \*  
\*

DO